

Kreis  
Steinfurt

S 259

1262.

[25  
259

Der Propst von Bietmarschen überläßt die ihm zustehende Verpachtung des Erbes Broderine in Lohne, Kspl. Schepsdorf, Kr. Lingen, dem Konvent, um Erpressungen des Vogtes vorzubeugen.

R., Dei gratia prepositus in Rothe sancte Marie, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, locationem domus in Lon, que Broderine (nomin)atur, ad manus prepositi spectasse, pensionem vero ad vestituram dominarum pertinuisse.

Verum cum dicta domus ab omni esset advocacia libertata propter colonos ibi habitantes et prepositum (!) attinentes, ne in eadem domo exactionem advocatus temptaret usurpare, utilitati conventus paterne providentes locationem iam dicte domus cum omnibus emergentiis conventui iam dicto presentibus litteris nos protestamur contulisse. Verum ne inposterum ab aliquo successorum nostrorum infringatur, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri necnon et ecclesie bulle munimine dignum duximus roborari. Actum anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lx<sup>o</sup>ii. Notum esse volumus omnibus, quod conventus pro Thiderico colono domus predictae dedit Gertrudem filiam Heylewigis de Meppen.  
Orig. 2 Siegel ab. IX. Kap. I. 39.